

INDEX  
MAGISTRATVS  
SENATOR

LIBRIS IV. EXHIBITVS.

I. Virtutes. II. Iuris-dictionem. III. Politiam.  
IV. Autocratiam spectat.

AVTHORE  
FRANCISCO ZYPÆO  
I. C. PROTONOT. APOST.

Canonico, Officiali, & Archidiacono  
Antuerpiensi.



ANTVERPIÆ,  
Apud HIERONYMVM VERDVSSIVM.  
M. DC. XXXIII.

INDEX  
**I V D E X**  
**M A G I S T R A T V S**

**S E N A T O R**

LIBRIS IV. EXHIBITVS.

I. VIRTVTIS. II. IURISDICTIONEM.  
III. POLITIAM. IIII. AVTOCRATIAM SPECTAT.

**LIBER PRIMVS.**

**CAPVT PRIMVM.**

**Varij passim Iudices.**



**I**UDICIS varij apud omnes gentes, pro more earum, & pro temporum ratione fuerunt. Apud populum à Deo electum à Moyli tempore, usque ad Saulem summo à auctoritate & moderatione. Apud Romanos, pro tempestatum occasione, quam diuersissimi, præsertim in Vrbe ipsa. nam in Prouincijs Proconsul, Prætor, Præses, & quocumque nomine Rector omnium Romæ Magistratum vice, & officio fungebatur. omnium partes, qui Romæ vel quasi Magistratus, vel extra ordinem ius dicebant, ad eum pertinebant. Vnaquæque gens, & Prouincia, in suo sensu abundat, sed in alijs Imperijs, & regnis, pleraque pro libitu Regum. Nihil alibi tam augustum quam dignitas & diuersitas Romanorū Magistratum. Testis *Notitia Imperij*. vt neq; vllæ gentes ad æquitatem & Maiestatem legum Romanarum accesserunt. Sed & hodie nationes omnes in nomine, & auctoritate Iudicium quam maximè sunt discrepantes. quod nihil atinet pluribus exequi. Id generatim considerare lubuit, qui qualiter Iudices esse, quidve facere debeant; quæ vniuersim functiones eis contineant, deceant, dedeçant; quibus virtutibus, naturæ & industriæ dotibus clarescere eos oporteat.

1.